

GEORGII AGRICOLAE
LIBER PRIMVS, DE MEN/
suris Romanis.



V M bonarum literarū
studiosis omnibus men/
surarum & ponderum
cognitionem ad autho/
res recte intelligendos
utilem esse censeo, tum
maxime medicis: Qui/
bus tamē, acrius aliquā/
to & attentius rem con/
siderans, non modo ad artem suam, præclaram il/
lam, percipiendam, utilem inuenio, sed ad rite exer/
cendam prorsus necessariam: Quod cæteris ferè,
quæ hac parte legūt, ea satis sit intelligere: medicos
& quæ intelligunt re ipsa perficere oporteat. Habet
namq; medicina mensuras exactas & statas, ac defi
nita certaq; pondera. In quibus si quis error accide/
rit: qui uelim nunquam accideret: is semper cum ali/
quo corporum nocumento, nonnunquam uero cū
summo uitæ periculo contingere solet. Atq; aliorum
certe in hisce errata eiusmodi sunt omnia, ut ope
humana corrigi possint: medici, si fuerint enormia,
interdum non nisi diuina. Etenim mercator si iustā
b mensurā